



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalmvs XLVIII. Magnus Dominus & laudabilis nimis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

## LIBER II.

85

- Excepit iitui ac tubæ  
Mixto IAS sonitu prominuit Deus.  
¶ Nostrum psallite PRINCIPEM  
Ac Regem canite hunc, psallite, psallite:  
¶ Omnes nam imperio regit  
Tetas ipse DEVS, psallite doctius.  
¶ Rex hic gentibus est DEVS,  
Et sanctum solium sede tener Deus.  
¶ Famosi in populis duces  
Addunt se socios ad populum DEI,  
Cui se prouidus Abraham  
Permittens retulit nomen honestius:  
Cuncti nam proceres viri  
Terras qui clypeis cunque tegunt suis,  
Agnoscunt Dominam DEVM,  
Atque alto solidè numine PRINCIPEM.

## PSAEMVS XLVIII.

Magnus Dominus &amp; laudabilis nimis.

## ECCL ESIAE BEATITAS.

- ¶ Canticum Psalmi filiorum Corehi.

## Carmen Sapphicum.

- ¶ **M**aximus magnus celebratur IAS  
Laudibus celsæ moderator arcis,  
Monte quo se iam solido probauit  
Numine sanctum.  
¶ Mons Sion tractu celebris nitenti, est  
Omnibus terris decor & voluptas,  
Regis urbs magni hæc sedet, atque opacam  
Spectat in arcto.  
¶ Arcibus cuius DEVS ipse notus  
Tutor ac præses: sociata in vnum  
¶ Quam manus regum petit minantur  
Præteriitque.  
¶ Hanc simul visam obstupuere, mente  
Perdita, & cursu properante cœci; ac  
¶ Impotes, valde doluere, ut ipso  
Femina partu.  
¶ Eurus & quantus rapidis procellis  
Punicas frangit pelago carinas;  
Quæ paues nobis retulere in IAE  
Vidimus urbe:

F 3

9 Urbe,

- 9 Vrbe, quam P R I N C E P S D E V S ipse condidit  
Vltor & firmans fouet V S Q V E in æcum:  
10 Quin tua nos te D E V S ö manemus  
Aede benignum.  
11 Quia æcum perfert cita fama nomen,  
Constat extemis tua laus in orbis  
Finibus, iusti tua ñaingue & æqui  
Dextera plena est.  
12 Iudice & ius te referente latus  
Mons Sion, Iudæ & soboles puellæ  
Certa plaudentes cecinere grata  
Carmina voce.  
13 Ambitus crebros properate in orbem, &  
Turribus quantus numerus Sionis  
14 Discite attenti, valideque vt exstet  
Murus & arces.  
Audiat vestro soboles futura ex  
15 Orc, vt hic noster D E V S est P A T R O N V S,  
Exitus faultos duce quo feremus  
Tempore in omni.

## P S A L M V S . X L I X .

Audie hæc omnes gentes .

BONORVM ET MALORVM EXITVS.  
1 Ad præstantem, filiis Coreh Psalmus.

*Ode Dicilos Distrophos.*

- 2 **A**Vdite hæc populi auribus,  
Orbis qui incolitis quadrididi domos;  
3 Adæ vos genus infimuni ,  
Summorumqne etiam progenies virum:  
Quisquis diuitiis valet,  
Vel quem semper egens pauperies premit.  
4 Prudens quas sapientias  
Cor dictat, meditans proferet os meum:  
5 Auri exempla canam mea;  
Edam ænigma sacri murmure barbiti.  
6 Nam cur temporibus malis  
Vallatus timeam, finibus aut meis?  
7 Hæc illi metuant, quibus  
Res & percelebres spem cumulant opes:  
8 Nullum nam redimet suus  
Frater, nec pretius excipiet D E O .

9 Vita